



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

19. Dies Januarii. Vera scientia consistit in duobus punctis, quod Deus sit
omnia, & homo nihil.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

loquebatur ei ad cor. Loquebatur Christus paucum verba ad cor Sauli. Quæ repente metamorphosis Miraris tot virgines fuisse ad claustra, tot juvenes ad asceteria, tot eremicolas ad solitudines, Martyres ad carceres? Deus loquebatur illis ad cor. Dum Deus loquitur ad cor, sordet tunc omnis eloquentia Tullii, Theologia Platonis, Philosophia Aristotelis, ô quis non ambiat se abdere in sacro sanctam illam solitudinem, ut tot recipiat e cœlo favores, à Deo gratias, tot beneficia, quot solent conferri dum Deus loquitur ad cor. Hic geminæ animæ facultates, intellectus, & voluntas, & innovabuntur, iste illustrabitur, hic inflammabitur, quo quid fingi potest opribilius vel jucundiùs! Nam

*Si dulce est oculis, videre lumen,
Quam dulce est animo, videre Numen?*

19. DIES JANUARII.

Vera scientia consistit in duobus punctis, quod Deus sit omnia, & homo nihil. Laur. Inst.

Creatio I.

Homi-
nis.

Q *Ui in principio creavit cœlum & terram, post principium enim nihilo creavit te in terra,*

esse aliquando hæres cœli, Hæc sit igitur prima tua, cui te impendere debes, Scientia, scire te esse Nihil, Deum omnia. Ecce binas abyssos, Nihil, Omnia. Tu Nihil, Deus Omnia. Ut intellegas Deum esse omnia, prius descende ad abyssum tui Nihili. Prima ergo in hac tua solitudine meditatio, sit tui ex nihilo creatio. Creatus es homo,

paucus homo, scis unde homo? ex humo. Nihil humo humilius. Humus ex nihilo est. Quantum potes, descendere, quia nihil est profundius quod descendas. Infra nihilum, nihil est quod ruas. Vixeris annos mille, quid est istud temporis ad aeternitatem a retro? quia fuisti Nihil. Noli querere te apud te; tu te nunquam invenies, nisi te perdidieris, & ad nihil redegeris. Creatus es. Quid habes, quid potes, quid es, quod non accepisti? Tolle quod tuum, & quid habebis nisi Nihil? Quia tui ipsius, nihil est tuum: neq; tu, tuus es. Tollat Deus a te quod suum est, quid tibi supererit? Itane nihil. Vides a teipso quid es. Hinc concludere cum D. Bernardo: (a) *Quidquid es, quidquid potes, debes creantis, redimenti, vocanti.*

II. Homo nunquam est ens magis reale, quam cum se agnoscit ens rationis. Quem enim non se finxit? Nec unquam est magis ens rationis, quam cum se negat ens reale. Fuit nihil, verè non est; potest esse nihil. Nunc igitur cum sis Nihil, superbus adhuc eris, si te putas pulverem, & cinerem, cum sis nihil, nisi inanitas, & peccatum, quod minus est, quam nihil! Nihil boni habes: cur extolleris contra summum Bonum? Multa mala habes, cur non confunderis coram hominibus? Omnia mala habere potes; cur non contremiscis ubique, & semper? Omnia mala facere potes, cur non formidas te? Ipsa essentia tui, non est tua, sed illius, cuius tu es, Dei. Vin' aliquid mirabilius? Id quod habebat antequam esses, tuum non erat. Fateor, antequam esses, nihil eras: tamen esse poteras: quod autem potueris esse, hoc ipsum tantillum non habebas a te, sed ab eo, a quo

D

est

(a) In verb. Apostol.

est omne esse à Deo. Qui si non esset, tu non posses Nihil esse, O Deus! loquar ad te, qui processi à te, cum tunc nihil Augustino: (a) Totum quidquid sumus, de misericordi ad dia tua est. Sed promeruisse, in vocando te. Ut esse quām quid feci? Ut essem quām te in vocare, quid egī? Si sis alius nimirum egī aliquid, ut essem, jam eram antequam esse possum, perrò si omnino nihil eram antequam essem, nihil promerui ut essem. Fecisti ut essem, & non tu fecisti bonus essem? Dediti mihi ut sim, & potuit mihi al dare, ut bonus sim?

III. Quid nunc te magnum putas, cùm ipsu quod nihil eras, antequam creareris, non eras ex Ideò plus quām te debes Deo: nam debes etiam Eru cùm non eras, posse esse, sed jam creatus es: & honestes. Dic modò, quod membrum tui, factum est ab articulo tuo, aut cui articulo digiti, aut pedis lute posuisti, aut quam Deo ministrasti materiam ad minimum in corpore membrum fingendum? Labant in Idæis divinis, & ejus potentia thesauris creaturæ infinitæ, quæ in suo nihilo relictæ, producuntur non sunt, nec unquam producentur: qua prece in petra sti, vel quo pretio hoc tibi comparasti, crea à Deo, ut inter innumera, quæ poterant esse, tu præcateris es? Quo tu studio, merito, labore id affectus es, ut non es oculis luscus, manibus manus, pedibus claudus, corporis parte aliqua mutilatus? Ut non es Thersite deformior, Oreste furiosior, Dauno insanior? Non dedisti Deo, ut te creare consilium; aut ut te talem crearet, qualis es, Deus te consuluit? Cùm igitur inter omnia, sis Nihil quid superest, quām ut velis ab omnibus æstimari.

Nihil

(a) In Psal. 58.

Janua Januar.

Tessera.

51

ori possit Nihil? Cùm ex te nihil possis, quid restat, quàm ut
cum tu te nihili facias? Cum quovis momento possis rever-
seri ad nihili, quid est, quòd te non existimes minus
Ut esse quàm nihil? Vis sapere? Hoc consilium sequere: ut
gi? Si sis aliquid Deo, esto tibi nihil, & imprime hanc
im esse menti Elegiam:

Pulvis & umbras sumus: pulvis, nihil est, nisi fu-
mus:

Sed Nihil est fumus; nos Nihil ergò sumus.

20. DIES JANUARII.

Erubescere volutari in cœno, qui es è cœlo.

D.Bern.Serm.24.in Cant.

Dei in homi- **I**n tellexisti à te ipso quid es; Au-
nem bene- di nunc Anime, quid à Deo ac-
ficia. ceperis. Ilsa te Dei mens con-
cepit: Idæa formavit, Verbum expressit, Benevo-
lentia decrevit, Potentia in lucem dedit. Creatus es
homo, Deus te voluit intellectu præditum cùm
crearet, ut intelligeres quid acceptum debeas
Creatori. Quando in utero, materiæ in-
fundebaris Anime, quis tibi tunc primus labor
fuit? Opinor mundi opificem æmulari? Tu indi-
gestæ massam materiæ in corporis fabricam, inte-
riore, exterioreque structura mirabilem digessisti,
parvumque adeò tibi molitus es mundum. Ha-
bet sua elementa, suum cœlum, & astra sua. In eo
regnas opifex, idem, & Monarcha. Magno quo-
que mundo dominaris; tibi factus es; & hunc
Nihil

D 2

tibi